ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN AUS DEM UMKREIS DER MELKER REFORM

Melk, Wien (?), 2. Viertel 15. Jh. (Melk, 1434 und Wien [?], Mitte 15. Jh. [1451])

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41512
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et de meritis & conditione ipsorum notare / & huiusmodi. Et hac collatione facta, nullum occurrit dubium, procedatur ad electionem, aliquid plene discutiatur interim ad electionem procedatur / ex. e. ad tua. Et nota quod in illo eligendo non debet computari clausula / quia nullus potest seipsum eligere / ex. e. cum ma. Item nota / quod publicato scrutinio / electores nequeunt variare / sed fiat ut est collatio / et electio celebranda / ex. e. publicato / quia licet in simplici notatione que fit in scrutinio non acquiritur ius notato / in notatione tamen que fit per publicationem scrutinii acquiritur ius notato. Et ideo publicato scrutinio non potest variari quoad ius alicui acquisitum / aliquo potest secundum coll. & lo. de h. Unde si publicato scrutinio / nullus et cetera sunt equalia / non possunt variare / quia si eligendi electio non tenet / nec notato est aliquod ius quesitum. Item secundum lo. de h. si publicato scrutinio ante electionem notatus renunciat / potest variare / quia etiam post prenunciatam electionem si renunciaret / possent variare. Item secundum eundem / si publicato scrutinio apparet aliquid reddens electionem nullam / potest variare / imo tenet / dummodo insurgat nullitas vitio electi / vel eligendi. Si vero apparet huiusmodi in forma / secundum Innocen. & compo. licet electio vertat in formanda / non tamen possunt aliud eligere. Item secundum eundem / si publicato scrutinio apparet unus fuisse contemptus / non tamen potest variare. quia non possit prosequi contemptus fuit / potest etiam consentire / ex. e. quia sicut. Septimo est de suba / quod requirit electio / & ille eligitur / in quem maior & sanior pars capituli consenserit. Unde non / quod non sufficit quod sit sanior pro / nisi sit & maior / Et debet esse maior pro toto capitulo / id est ultra medietatem omnium eligentium / ex. e. cum vera. Item non sufficit quod sit maior / nisi sit & sanior / ut ibi. Cum igitur facto scrutinio / apparet quod sit eligendus / tunc ille qui maiorem & poriorem vocem habet dicat. Ego pro me & toto capitulo / si totum capitulum consentit / aliquis / ego pro me & pro illis qui mecum sentiunt eligo talem in poriorem & pastorem huius domus / et cetera. Et non secundum Innocen. & lo. de h. quod si in scrutinio vel compromisso vota sint divisa / unus pro non potest aliam requirere / vel consentiat sue prenunciationi / quia non potest recedere a votis suis / ex. de postu. pla. bone / et ex. e. publicato. Item non quod semper debet fieri electio ab uno vice omnium & per viam singulorum nunc / ut sup. dictum est / alias fieret non valeret